| *Φύλ. χϟβ.* | Fol. 692. |
| *Παράδοσις σύντομος τῆς εὑρήσεως τοῦ ἡλιακοῦ κύκλου.* | Tractatus brevis de inventione cycli solaris. |
| A. *τῶν ἀπὸ κτίσεως ἐτῶν.* | T. *μηδόλως σε φευγέτω.* |

†. In fine legitur: *Ἐμμανουῆλος εὐβένεις ὁ ἐκ μονεμβασίας ἔγραψε,* Emmanuel Eubenes Monembasianus scripsit.

| | |
|---|---|
| *Φύλ. χϟγ.* | Fol. 693. |
| *Γρηγορίου σχολαρίου βιβλίον περὶ ὀρθοδόξης πίςεως, ἐν ᾧ καὶ περὶ ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος.* | Gregorii Scholarii liber de orthodoxa fide, in quo et de processione spiritus sancti. |
| A. *καὶ πᾶσι μὲν τοῖς ἄλλοις.* | T. uti infra. |

†. Alias semper Georgius scribitur. Sed et legendo initium perspexi, aliud hic agi, quam quod in titulo dicitur. Sic enim habe: *καὶ πᾶσι μὲν τοῖς ἄλλοις τῶν ὄντων ὁ τοῦ εἶναι καὶ ζῆν ἐμπέφυκεν ἔρως κ. τ. λ.* in quo exordio ait: omnia, quae essent, vitam amare, hominem verò vel maxime, ideoque eum et diem nativitatis suae celebrare et gaudere. Nunquid verò gaudendum et celebrandum diem

esse, quo ex servis filii Dei facti essemus? Et quis nisi B. V. M. post Deum talium bonorum causa? Ex quo patet, in laudem Deiparae sermonem esse. Sed et finis id confirmat: *καὶ σὺ, πάρθενε καὶ θεότοκε, ἡ μόνη μεσίτις ἡμῖν πρὸς τὸν ἐκ σοῦ τεχθέντα δεσπότην, ᾧ πρέπει δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις σὺν τῷ ἀνάρχῳ πατρὶ κ. τ. λ.*

| | |
|---|---|
| φύλ. ψλζ. | Fol. 737. |
| *Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν γρηγορίου τοῦ θεολόγου λόγος περὶ φιλοπτωχείας.* | Sancti patris nostri Gregorii theologi sermo de amandis pauperibus. Cum lacuna p. 741. |
| A. *ἄνδρες ἀδελφοὶ καὶ συνπένητες.* | T. *σκηνὰς ἐν αὐτῷ χῷ κ. τ. λ.* |

## Codex XI.

Chartaceus, charta solida et laevi, titulis et initialibus miniatis, charactere minuto, sat nitido, foliorum 468, subinde mutilus, collatus cum antigrapho suo, exaratus Saec. XVI. a Petro Carneade Epidaurio, in folio, bene conservatus et inscriptus.

| | |
|---|---|
| *Πρόκλου πλατωνικοῦ διαδόχου τῶν εἰς τὸν παρμενίδην τοῦ πλάτωνος ἑπτὰ βιβλίων.* | Procli Platonici Diadochi commentariorum in Parmenidem. Platonis libr. VII. |
| A. *εὔχομαι τοῖς θεοῖς πᾶσι καὶ πάσαις, ποδηγῆσαι.* | T. Uti infra. |

†. Hic est titulus minio exaratus, sed in margine additur aliena manu: *καὶ εἰς φαῖδρον.* At hoc non Procli est, sed Hermiae, ut infra videbis. Nondum nec graece, nec latine editi feruntur. Finito libro V. hic titulus occurrit: *ἀρχὴ τῶν παρὰ τῶν*

παρμενίδη ἐννέα περὶ τοῦ ἑνὸς ὑποθέσεων, cum hoc Platonis textu: εἶεν δὴ φᾶναι, ἐι ἓν ἐστι κ. τ. λ. Mox sequitur titulus: ἀρχὴ τοῦ ϛ βιβλίου τοῦ πρόκλου. Finito hoc sexto libro perperam scribitur: ἀρχὴ τοῦ δευτέρου (γρ. ἑβδόμου) βιβλίου πρόκλου. Septimus hic et ultimus liber dividitur in novem hypotheses, in quarum primae fine, qui est: οὐχ οὕτω, ναί, haec notantur: μέχρι ὧδε τὰ τοῦ πρόκλου, ἢ μέχρι τῆς πρώτης ὑποθέσεως ὅλης. ἐλλείπει δὲ ἡ ἐξήγησις τοῦ τελευταίου τοῦ τεμμαχαίου, huc usque ea, quae sunt Procli, seu usque ad primam integram hypothesin. Deficit verò expositio ultimi fructuli. Tunc incipit secunda hypothesis sic: ὅρα δὲ ἐξαρχῆς. v. Platonis edit. H. Stephani tom. III. p. 142. Ex quibus apparet, reliquas octo hypotheses non esse Procli, sed Damascii, Marini, successoris Procli in schola Atheniensi, discipuli, v. Lambec. L. VII. p. 41. Fabricii Tom. VIII. p. 530. Desinit verò in haec: καθὼς συντέθεται ὁ προσδιαλεγόμενος. v. Morellii bibl. gr. et lat. p. 116.

| φύλ. τι. | Fol. 310. |
|---|---|
| Ἑρμείου φιλοσόφου τῶν ἐις τὸν πλάτωνος φαῖδρον σχολίων βίβ. γ. | Hermiae philosophi scholiorum in Platonis Phaedrum libri tres. |
| A. ὁ σωκράτης ἐπὶ ἐνεργεσίᾳ. | T. Uti infra. |

†. Manuscriptum hoc asservatur in multis bibliothecis, nec graece, nec latine adhuc editum. At in anecdotis graecis Io. de Villoison legitur, quod cl. Baffi ea mox editurus sit una cum graecorum codicum recensione. Desinit ultimus liber hisce: τὰ γὰρ ἀυτὰ ἐυχόμεθα καὶ τοῖς φίλοις, ἅπερ ἀν᾽ ἑαυτοῖς ἐυξαίμεθα. In fine scriptum: ἐγράφη ὑπ᾽

ἐμοῦ πέτρου καρνεάδου τοῦ ἐπιδαυρίου ἐν ἰουεναιτίοις ᾳφμθ μαΐῳ δ., exaratum a me Petro Carneade Epidaurio Venetiis A. 1549. 4. May. Item: καὶ τοῦτο ἐξισώθη τῷ ἑαυτοῦ πρωτοτύπῳ, etiam hoc adaequatum prototypo suo. Adde: προσεμένη παρεδιωρθώθη προσιεμένη. καὶ εὑρίσκεται καὶ δένδρων ἀντὶ δένδρων. v. Morellii bibl. gr. et lat. p. 116.

## Codex XII.

Chartaceus, charta solida ac laevigata, titulis et initialibus rubre distinctis, charactere minuto, nitido et ligato, in folio, Saec. XVI. medio exaratus ab Emmanuele Eubeni Monembasiano, foliorum numero 599. cum correctionibus marginalibus, probe conservatus et inscriptus.

| | |
|---|---|
| Ψαλτήριον τῷ δαυίδ. Μακάριος ἀνὴρ κ. τ. λ. | Davidis psalterium. Beatus vir etc. |
| Ἐυσεβίου καισαρίας. Μακαριότητος μὲν. | Eusebii Caes. Beatitudinis quidem. |
| | T. ἀλλὰ τὰ ἀνθρώποις φίλα τε καὶ ἡδέα. |

†. Est tom. I. catenae in psalmos. Patres vero in decursu obvii sunt: Eusebius Caes., Basilius Capp., Origenes, Theodorus, Theodoretus, Asterius, Didymus, Athanasius, Hesychius, Cyrillus, Aquila, Gregorius, Apollinarius, Io. Chrysostomus, Victor etc. Differt a catena editionis Corderianae, ubi initio eadem quidem, sed alia verborum constructio habetur. En! Μακαριότητος μὲν κατὰ φύσιν ἅπαντες ὀρεγόμεθα, ἀλλ᾽ ἐπέιπερ ἀγνοοῦντες τινὲς ἐν τοῖς σωματικοῖς ἀγαθοῖς ταύτην εἶναι νομίζουσιν, εἰκοτῶς ἐντεῦθεν τὴν ἀρχὴν τῆς ὑμνωδίας πεποίηται περὶ τοῦ μακαρίου τέλους διδάσκων τὸν ἀρετῆς ἐπιβαίνοντα, ὡς δὲ σπανίων τῶν τόδε κατ-

ορθοῦντων ἕνα μόνον ὑπέθετο κ. τ. λ. Psalmi et diapsalmata semper minio exarata et inserta expositioni. In fine psalmi LIV. librarius haec addidit: τέλος τοῦ πρώτου τόμου, ἐγράφει (sic) ὑπὸ χειρὸς ἐμοῦ, ἐμμανουήλου τοῦ ἐυβένει τοῦ ἐκ μονεμβασίας ἔτους ἀπὸ χριστοῦ γεννήσεως ͵αφν. κατὰ μῆνα ἰουλ. κ. ἀμήν, finis tomi primi scriptum est manu mea Emmanuelis Eubene Monembasiani anno a Christo nato 1550. mens. Iul. 20. Amen. Reliqui autem psalmi, usque ad 65 inclusive, adhuc in hoc volumine continentur. Cum hi duo codices Venetiis a Manuele Embene scripti sint, suspicor, eos esse transscriptos ex bibliotheca D. Marci. Nam ibi a Theupolo psalterium cum catena Patrum describitur pag. 19. Cod. XVII. in quo iisdem verbis prima catenae expositio ex Eusebio Caesar. incipit.

Memoratur etiam catena in cantica, nec cum editione Corderiana convenire dicitur. Id miror, illum codicem non plurium foliorum, quam 430 esse, cum hic duo codices sint et primus iam 599 fol. numeret, nisi minuta ibi scriptura sit. In nostro enim codice lineae valde a se distant et lati margines sunt. Discrimen adhuc adverti, non tot ibi Patres notari. Sed non omnes quoque illum notare voluisse autumo. v. Morellii bibl. gr. et lat. p. 33.

## Codex XIII.

Chartaceus, charta solida et laevi, titulis, initialibus et expositorum nominibus cinnabari notatis, in folio, Saec XVI. medio exaratus ab Emmanuele Bembene Monembasiano, collatus cum antigrapho, foliorum 592, bene conservatus et inscriptus.

Εἰς

Ἐις τὸ τέλος ἐν ὕμνοις ψαλμὸς ᾠδῆς τῷ δαβίδ. ὁ Θεὸς οἰκτειρῆσαι ἡμᾶς κ.τ.λ.

Πάλιν κἀνταῦθα τῶν ἀποςόλων τὸ πρόσωπον εἰσάγεται κ. τ. λ.

In finem in hymnis psalmus cantici Davidis. Deus misereatur nostri etc.

T. εὐχαριςηρίους ᾠδὰς ἀφιέντα.

†. Est hic tomus secundus catenae Patrum in psalterium totum a psalmo LVI. usque ad finem. Patres in decursu obvii sunt: Theodorus, Hesychius, Eusebius, Apollinarius, Diodorus, Severus Antioch., Io. Chrysost., Basilius Caes., Gregor. Nyss., Ioan. episc. Alex., Nicolaus presb., Eudoxius philos., Hippolytus episc. Rom., Origenes, Victor aliique anonymi. Non in psalterium tantum, sed et in cantica Moysis etc. In fine scriptor addidit: Καὶ ὁ παρὼν τόμος β̄ ἐτελειώθη διὰ χειρὸς ἐμοῦ ἐμμανουήλου τοῦ βεμβαίνη τοῦ μονεμπασίας κατὰ μῆνα νοέμβριον πέμπτῃ φθίνοντος, ἔτους χιλιοςοῦ, πενταποσιοςοῦ πεντεκοςοῦ, ἐνετίησι, praesens etiam liber completus est manu mea Emman. Bembene Monembasiani mensis Novemb. 26. A. 1550. Venetiis. Item: Ἐξισώθη καὶ τοῦτο κατὰ τὸ ἑαυτοῦ ἀντίγραφον, etiam hoc adaequatum antigrapho suo. v. Morellii bibl. gr. et lat. p. 35.

## Codex XIV.

Chartaceus, charta spissa ac laevigata, titulis, initialibus et expositorum nominibus minio distinctis, literis nitidis, in folio, constans foliis 460, cum correctionibus marginalibus, Saec. XVI. exaratus, optime conservatus et inscriptus.

*Συναγωγὴ ἐξηγήσεων εἰς τὸν προφήτην ἠσαΐαν ἐκ διαφόρων ἁγίων πατρῶν, καὶ διδασκάλων συλλεχθεῖσα περὶ (παρὰ) τοῦ ἀρχιεπισκόπου κύπρου κυρίου νικολάου τοῦ μουζάνου. τοῦ μεγάλου βασιλείου προθεωρία.*

Collectio expositionum in prophetam Isaïam ex variis sanctis patribus facta ab archiepiscopo Cyprio, D. Nicolao Muzano. Magni Basilii protheoria.

A. *ἀρχομένους ἡμᾶς τῆς διασαφήσεως κ. τ. λ.*

T. *ἰδεῖν θεὸν ἠξιώθη.*

*Θεοδωρήτου. τῆς μέντοι προφητικῆς συνθήκης τὰ μέν ἐςι σαφῆ κ. τ. λ.*

Theodoreti. Dictorum propheticorum alia quidem clara sunt.

T. *πανάγιον πνεῦμα, ἐν χῷ κ. τ. λ.*

†. Catenae huius patres obvii sunt: Theodoretus, Basilius, Cyrillus, Chrysostomus, Gregorius Theol., Theodorus Heracl., Eusebius Caes., Eusebius Emes., Theodotion, Maximus, Athanasius, Isidorus Pelus., Gregorius Nyss., Dionysius, Severus.— Nil de hoc Nicolao Muzano reperire potui vel in tanto catalogorum numero. Cum noster Codex Saec. XVI. exaratus esse, ex charactere satis noscatur, mirum, quid tandem de exemplari, ex quo nostrum descriptum est, factum sit. Meritò dubitandum, an verum illud nomen fuerit. Et cum de Nicolao Muzalo, archiepiscopo primum Cyprio, dein Constantinopolitano legam (apud Fabricium tom. X. p. 295. item in Banduri antiquit. Constantinop.), facile λ in ν mutari potuit et scribi *μουζάνου* loco *μουζάλου*. Quamquam nec de hoc legatur, quod in Isaïam commentarium vel catenam confecerit, v. bibl. orient. Quidquid sit, rarissimum, si non unicum, hoc exemplar extare,

inde meritò colligendum. Catena autem haec non in totum Isaïam, sed tantum in XVI. cap. ipsius est. Theodoreti ultimi expositoris verba prima sunt: *Μετὰ γὰρ τοι τὸν ὡρισμένον χρόνον ὁυ τὴν παλαιὰν ἀυτῇ ἐπαγγέλλεται ἐυπραξίαν κ. τ. λ.* Est verò in n. 14. cap. XVI. Isaïae.

## Codex XV.

Chartaceus, charta solida et laevi, titulis et initialibus rubrè notatis, charactere nitido, constans foliis 409. cum correctionibus marginalibus, in folio, Saec. XVI. exaratus, optime conservatus et inscriptus.

*Τὸ ῥῆμα τὸ κατὰ δαμάσκου.*

A. *γέγονε μὲν ἀλκιμωτάτη καὶ ἐπισημοτάτη πόλις ἡ δαμασκήνων κ. τ. λ.*

T. *ἀπαλλάξει χριςὸς, δι' ὃυ καὶ μεθ' ὃυ ἡ δόξα τῷ θεῷ καὶ πατρὶ σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς ἀιῶνας τῶν ἀιώνων.*

†. Videtur esse prioris pars altera. Prior enim desiit in cap. XVI. Isaïae. Haec verò incipit a cap. XVII. At non dicitur esse Nicolai Muzani seu Muzali, nec amplius catena est, sed sunt Cyrilli Alexandrini commentarii in Isaïam, incipiendo hic a cap. XVII. quae est pars secundi libri in Isaïam. Sequuntur tertius, quartus et quintus, ut et in fine notatum: *Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου ἀλεξανδρείας εἰς τὸν προφήτην ἠσαΐαν βιβλία ε, τόμοι ἐξ καὶ τετέλεςαι ἡ πᾶσα βίβλος τῶν εἰς τὸν ἠσαΐαν.* Est autem hic codex eadem, qua prior manu exaratus.

## Codex XVI.

Chartaceus, charta crassa, titulis et initialibus rubris, literis minutis ac nitidis, in folio, cum cor-

rectionibus marginalibus, etiam Pet. Victorii, ab eodem possessus, mutilus, praesertim initio, Saec. XVI., foliis 470. constans, optime conservatus et inscriptus.

| | |
|---|---|
| Ἰλιάδος Α. Ὁμήρου ῥαψῳδίας. | Iliadis I. Homeri Rhapsodiae. |
| Μῆνιν ἄειδε θεά. ζήτουσι διὰ τί ἀπὸ τῆς μήνιδος ἤρξατο οὕτω δυσφήμου ὀνόματος; | Τ. ἀττικο τὸ περὶ δεῖπνον τάφον λέγουσι πόλυιδος, δὲ τὸ μνημεῖον. |

†. Sunt haec scholia vetusta in totam Homeri Iliadem. Nec dubito, ea esse, de quibus Io. Alb. Fabricius bibl. gr. tom. I. p. 292. scribit. Scholia vetusta in librum IX. Iliadis graece edita fuere a Conr. Horneio, Helmst. 1620. 8. Illa Ioannes Caselius Florentiae descripserat e libro Petri Victorii. Quò liber Victorii pervenerit, haud dixerim. Et sic ulterius. Nempe Elector noster Serenissimus Carolus Theodorus Victorianam bibliothecam manuscriptis variarum linguarum et libris editionum principum ac optimarum Saec. XVI. celebrem, ferentibus aegre Romanis, coëmit et bibliothecae aulicae Monacensi inferendam curavit. Consule, si plura cupis, eruditi ac diserti praesulis Maillot de la Treille dissertationem tam solidam, quam gratam, cuius pars I. e gallico idiomate in germanicum translata extat in subsidiis Rhenanis A. 1780. Cum verò ista scholia a Conr. Horneio edita ad manus mihi non sint, quibus certior reddi possem, quaepiam initii exscribam, ut de iis quodammodo iudicari queat: Ἀρχὴ τῆς ι ἰλιάδος όμήρου. ὡς οἱ μὲν τρῶες φύλακας ἔχον. ὅρα τὸ ἀντίθετον, πῶς ἐδήλωσεν ἐνὶ ῥήματι, τρῶες ἔχον. ἀχαίους ἔχε. Dolendum, cum haec scholia literis elegantibus ac le-

ctu facillimis exarata sint, multas haberi lacunas et statim initio post duorum foliorum lacunas sex sequi folia omnino vacua.

Marginales notas ubique plurimas, easque inter etiam manu P. Victorii adiectas reperi, ex quo constat, ab illo codicem hunc possessum, eundemque esse, cuius Fabricius supra meminit. Aliud adhuc exemplar in bibliotheca D. Marci, Venetiis asservatur et a Theupolo pag. 244. describitur. Prorsus verbum cum verbo convenit. Nec tamen ex eo hunc nostrum exscriptum inde colligas, quod nostri codicis lacunae ibi non sint. Scholia haec Homerica omnium pretiosissima mox edenda e codd. Marcianis 453 et 454 dicebantur in anecdotis graecis Io. de Villoison. Et sane prodiere A. 1788. Venet. fol. Cum his facta collatio et missa G. Heyne, prof. et bibl. Götting. praetiosam Homeri editionem paraturo. Prodiit 1802. Lond. etc. 8. VIII. tom.

Ὁ τῆς θεογονίας λόγος φυσικὴν διήγησιν τῶν ὄντων ὑπαγορεύει. μουσάων· ἀπὸ τῶν μούσων τὴν ἀρχὴν ποιώμεθα τοῦ λέγειν. διὸ τί ἅυται ἡμῶν τοῦ λόγου ἄρχουσιν. ἑλικωνιάδας δὲ, ὡς βοίωτος εἶπεν ἀυτάς.

T. ξανθὴ ἡ ἀνθηρότης. πετραίη τὸ ὑπὸ πέτρας διαιτᾶσθαι. μενέσθω, ἢ παρανόμη. ἐυρώπη τὸ πλατὺ τοῦ ἀέρος. ἐυρυνόμη ἡ ἐυνομία.

†. Sunt scholia in Hesiodi Theogoniam edita Venet. 1537. 4. cum discrimine tamen.

## Codex XVII.

Chartaceus, charta solida et laevi, titulis et initialibus miniatis, charactere lisibili, in folio, cum

exemplari antiquissimo collatus, numero foliorum 362. Saec. XVI., probe conservatus et inscriptus.

| | |
|---|---|
| Τοῦ ἁγίου κυρίλλου ἀλεξανδρείας εἰς τὸν προφήτην ἀββάκουμ. | Sancti Cyrilli Alexandrini in prophetam Habacuc. |
| A. διεσκευάσαι μὲν ἡμῖν. | T. τοῦ νικῆσαι με ἐν τῇ ᾠδῇ αὐτοῦ. |

†. Adnexa est etiam expositio in canticum, uti in editione. Caeterum nulla tomorum aut capitum divisio notatur.

| | |
|---|---|
| Φύλ. πε. | Fol. 85. |
| Προφητεία μιχαίου. | Prophetia Michaeae. |
| A. εἰς μὲν ἅπασι. | T. ἡ χάρις ἡ ἐν χῷ κ.τ.λ. |
| Φύλ. ρϞϛ. | Fol. 196. |
| Ἐις τὸν ἄμως. | In Amos. |
| A. ἄμως γέγονεν αἰπόλος. | T. αὐτὸν ἔχοντες τὸν χν. |

†. Ubi in editione Cyrilli caput tertium notatur, tomus secundus in nostro codice incipit. Tomus tertius incipit: ἐκζητήσατε τὸ καλόν. Id quod in cap. V. editionis p. 614. habetur. Tomus IV. incipit his: Ἀκούσατε δὲ ταῦτα. In editione cap. IX. p. 771.

| | |
|---|---|
| Φύλ. τμβ. | Fol. 342. |
| Ἐις τὸν ἰωῆλ. | Eiusdem in Ioelem. |
| A. προφητεύει μέν. | T. ἀφικέσθαι γένοιτο διὰ χῦ. |

†. Tomus secundus incipit: καὶ ἐζήλωσεν κύριος, quod in cap. 2. edit. p. 446. occurrit. In fine adhuc legitur: ἰωῆλ ἑρμηνεύεται ἀγαπητὸς κυρίου, ἢ ἀρχή. οὗτος ἦν ἐκ τῆς φυλῆς ῥουβίμ. ἀγροῦ μεθομό-

ρων ἐν εἰρήνῃ ἀπέθανε καὶ ἐτάφη ἐκεῖ, Ioel exponitur, dilectus domini, aut principum. Hic erat ex tribu Ruben. In agro Bethor in pace mortuus ibique sepultus est.

| Φύλ. υϛ. | Fol. 406. |
|---|---|
| Τῆς ἀναλήψεως. Λέοντος ἐν χῷ αἰωνίῳ βασιλεῖ βασιλέως λόγος. | Festo ascensionis. Leonis in Christo rege aeterno imperatoris sermo. |
| Α. τῇ μὲν ἀναςάσει. | T. καὶ ἡ δύναμις κ. τ. λ. |

†. Editus a Gretsero Ingolstadii.

| Φύλ. υι. | Fol. 410. |
|---|---|
| Τοῦ ἁγίου κυρίλλου εἰς τὸν προφήτην μαλαχίαν. | Sancti Cyrilli in prophetam Malachiam commentarius. |
| Α. καὶ περὶ τῆς. | T. καὶ προφήτων ὁ χς κ. τ. λ. |

†. Tomus 2. incipit: οἱ παροξύνοντες τὸν θεόν. Est in cap. 2. edit. p. 1590.

| Φύλ. υμε. | Fol. 445. |
|---|---|
| Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν προφήτην ναοῦμ. | Eiusdem in prophetam Nahum commentarius. |
| Α. ἕκαςος τῶν ἁγίων. | T. Ut infra. |

†. In fine additum: Ναοῦμ ἑρμηνεύεται παράκλησις. οὗτος ἦν ἀπὸ ἐλκεσὶν πέραν τοῦ τὴνβαριν ἐκ φυλῆς συμεών. οὗτος μετὰ τὸν ἰωνᾶν τέρας ἔδωκεν, ὅτι ἀπὸ ὑδάτων γλυκέων καὶ πυρὸς ἀπολεῖται. ὃ καὶ γέγονεν. ἡ γὰρ περιέχουσα αὐτὴν λίμνη κατέλυσεν αὐτὴν ἐν σεισμῷ καὶ πῦρ ἐκ τῆς ἐρήμου τὸ ὑψηλότερον αὐτῆς μέρος ἐνέπρησεν. ἀπέθανε δὲ ἐν εἰρήνῃ καὶ ἐτάφη ἐκεῖ ἐν τῇ γῇ αὐτοῦ. Nahum exponitur consolatio. Erat hic

ab Eleeisi ultra Tenbarin ex tribu Simeonis. Hic post Ionam praedixit, Niniven aqua dulci igneque perdi. Id quod et evenit. Circumiecta enim palus in terrae motu eam dissolvit et ignis ex eremo altiorem eius partem consumsit. Mortuus est in pace ac in terra sua sepultus. — Theophylactus ait, ultra Iordanem et cum hic fluvius mare Tabariae, alias Galileae transeat, suspicor, non Tenbarim, sed Tabariam scribendam esse, v. Martiniere dict. Geogr. in Cenereth. In Cod. XIX. alia lectio habetur: *ἀπὸ ἐλκασαϊ πέραν τοῦ ἰορδάνου ἐις βηγαρῆ.*

| | |
|---|---|
| *Φύλ. υοβ.* | Fol. 472. |
| *Ἐις τὸν προφήτην ἀβδίου.* | Eiusdem in prophetam Abdiam. |
| A. *ἀβδίου δὲ πάλιν.* | T. *καὶ βεβασίλευκεν ἐπ' ἀυτοὺς.* |
| *Φύλ. υοη.* | Fol. 478. |
| *Τοῦ ἀυτοῦ ἐις τὸν προφήτην ἰωνᾶν.* | Eiusdem in prophetam Ionam. |
| A. *ὁ θεσπέσιος ἰωνᾶς.* | T. *τῶν πτερυγῶν σου ἐλπιοῦσι.* |
| *Φύλ. υϟδ.* | Fol. 494. |
| *Τοῦ ἀυτοῦ ἐις τὸν προφήτην ἀγγαῖον.* | Eiusdem in prophetam Aggaeum. |
| A. *τῆς ἀγγαίου.* | T. *καὶ τὰ ἐπὶ γῆς. ἐν χῶ κ. τ. λ.* |
| *Φύλ. φθ.* | Fol. 509. |
| *Τοῦ ἀυτοῦ ἐις τὸν προφήτην σοφονίαν.* | Eiusdem in prophetam Sophoniam. |
| A. *λόγος κυρίου.* | T. *δ' ἀυτοῦ δὲ φημὶ χῦ κ. τ. λ.* |

†. Do-

†. Deest hic praefatio. Tomus secundus incipit: Καὶ ὑμεῖς αἰθίοπες. In editione cap. 2. p. 1223.

φύλ. φλη. Fol. 538.

| | |
|---|---|
| Θεοδωρίτου ἐπισκόπυ κύρρου εἰς τὸν μακάριον ὠσῆε. | Theodoreti episcopi Ciri in beatum Osee. |
| Α. λόγος κυρίου — ἔςι μὲν τούτου. | T. Ut infra. |

†. Contuli hunc commentarium cum edito et vidi, eundem non esse. Nam post textum sic incipit: ἔςι μὲν τούτου τῆς προφητείας ὑπογραφή. τόν τε προφήτην, ὅςις ἐςὶ, δηλοῦσα καὶ τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ γέγονεν ἡ προφητεία καὶ ἐπὶ βασιλέων τινὰ καὶ ἕως τινός. Finis verò commentarii est iste: ὡς εἶναι τὴν θείαν ὀργὴν παιδείαν μὲν τοῖς ἀγαθοῖς καὶ σωφρονισμόν. τοῖς δὲ φαύλοις κόλασιν καὶ ἀπωλείαν. τέλος καὶ τῷ θεῷ δόξα. ἀμήν. Scriptum in fine: Καὶ τοῦτο τὸ βιβλίον ἐξισώθη κατὰ τὸν ἑαυτοῦ ἀντίγραμμα, ὃ παλαιότατον ἐτύγχανεν ὄν, διὸ καὶ ἐν τισὶ τόποις καὶ ὁ μεταγράψας ἄφηκεν, liber hic collatus cum antigrapho suo est, quod cum esset vetustissimum, scriptor in quibusdam locis omisit. Et sic est. Nam lacunulas plures deprehendi.

## Codex XVIII.

Chartaceus, charta crassa et laevigata, titulis et initialibus minio exaratis, charactere sat nitido, Saec. XVI., in folio, a Petro Carneade Epidaurio, aut Monembasiano, cum correctionibus marginalibus, foliorum numero 259. optime conservatus et inscriptus.

Τοῦ μακαρίου θεοδωρίτου ἑρμηνεία τῶν ιδ ἐπιςολῶν τοῦ ἁγίου ἀποςόλου παύλου.

Beati Theodoreti expositio epistolarum sancti apostoli Pauli.

A. οἶδα μὲν, ὡς ου διαφεύξομαι.

T. καὶ μεγαλοπρέπεια νῦν κ. τ. λ.

†. Incipit protheoria, sequitur argumentum, tum interpretatio epistolae ad Romanos in tomis V. et demum omnia, ut in editione Parisiensi, habentur. In epistola ad Galatas magnam lacunam deprehendi. In fine a scriptore notatum: τέλος ἐιλειφε τῆς δε τῆς βίβλου. αφμζ. ἐν μηνὶ φευρουαρίῳ κε. Finem cepit iste liber. A. 1547. mensis Februarii 25. Item ἄυτη ἡ βίβλος μετεγράφη διὰ χειρὸς ἐμοῦ πέτρου καρνεάδου ἐκ πόλεως ἐπιδαύρου, τῆς νῦν ἐπονομαζομένης μονεμβασίας, scriptus est hic liber manu Petri Carneadis ex urbe Epidauro, Monembasia nunc dicta.

## Codex XIX.

Codex chartaceus, charta crassa et laevi, titulis et initialibus cinnabari exaratis, literis nitidis, scriptura diversa, in folio, Saec. XVI. exaratus, antigrapho suo adaequatus, habens folia 496. optime conservatus et inscriptus.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν βασιλείου ἀρχιεπισκόπου καισαρείας καππαδοκίας ἑρμηνεία εἰς τὸν προφήτην ἠσαΐαν.

S. patris nostri Basilii archiepiscopi Caesareae Cappad. expositio in prophetam Isaïam.

A. εὔξασθε μὴ γενέσθαι.

T. ἡ ἐντεῦθεν παίδευσις.

†. Extat gr. et lat. in eius operibus Paris. 1721. fol. tom. I. p. 378. In editione capita XVI. numerantur. In Msc. plures tituli miniati occur-

runt, nec tamen plura continet. In fine: *τὸ παρὸν βιβλίον συμβληθὲν τῷ ἑαυτοῦ πρωτοτύπῳ ἐξισώθη*, hic liber cum prototypo suo collatus et exaequatus est.

| | |
|---|---|
| Φύλ. ροβ. | Fol. 172. |
| Τοῦ μακαριωτάτου ἀρχιεπισκόπου βουλγαρίας κυρ. θεοφυλάκτου ἐξήγησις εἰς τὸν προφήτην ὠσίε. | Beatissimi archiepiscopi Bulgariae domini Theophylacti expositio in prophetam Oseam. |
| A. Φιλοθέου βασιλίδος. | T. ἐτάφη ἐν τῇ γῇ αὐτοῦ. |

| | |
|---|---|
| Φύλ. σξ. | Fol. 260. |
| Τοῦ αὐτοῦ ἐξήγησις εἰς τὸν προφήτην ἰωνᾶν. | Eiusdem expositio in prophetam Ionam. |
| A. πάντας ἀνθρώπους. | T. τὸ τέλος πάσης πνοῆς. |

†. Prooemium hoc in editione deest.

| | |
|---|---|
| Φύλ. σπ. | Fol. 280. |
| Τοῦ αὐτοῦ ἐξήγησις εἰς τὸν προφήτην ἀββακούμ. | Eiusdem expositio in prophetam Habacuc. |
| A. εἰσί τινες, οἱ σφόδρα δυσχεραίνουσι. | T. ἀββακοὺμ συντάγματος. |

†. Hoc prooemium deest in editione.

| | |
|---|---|
| Φύλ τζ. | Fol. 370. |
| Τοῦ αὐτοῦ ἐξήγησις εἰς τὸν προφήτην ναοῦμ. | Eiusdem expositio in prophetam Naum. |
| A. ἐκήρυξε μὲν. | T. ναοῦμ συντάγματος. |

†. Prooemium in editione deest. Etiam hic nota de Naum in fine occurrit, ut in Cod. XVII. cum hoc discrimine: *ἀπὸ ἐλκασαΐ πέραν τοῦ ἰορδάνου εἰς βηγαρῆ*, ab Helcasaï trans Iordanem ad Begare. In editione *βιγαβρὶ* legitur.

φύλ. τλγ. Fol. 333.

| | |
|---|---|
| Τοῦ αὐτοῦ ἐξήγησις εἰς τὸν προφήτην μιχαίαν. | Eiusdem expositio in prophetam Michaeam. |
| A. σκοπὸς μὲν εἷς. | T. βιβλίον ἐξηγήμενος. |

†. Prooemium in editione deest. In fine: τὸ παρὸν βιβλίον συμβληθὲν τῷ ἑαυτοῦ ἀντιγράφῳ, ὃ τῶν παλαιοτάτων ἐτύγχανεν ὄν, ἐξισώθη, ὡς ἦν δυνατὸν, hic liber collatus cum antigrapho antiquissimo et exaequatus pro viribus. v. Morellii bibl. gr. et lat. p. 46.

φύλ. τοη. Fol. 378.

| | |
|---|---|
| Φίλωνος περὶ τοῦ βίου μωύσεως. | Philonis de vita Moysis. Lib. III. |
| A. μώυσεως τοῦ κατὰ μέν τινας. | T. γραμμάτων μνημονεύεται. |

†. Ext. gr. lat. inter eius opera 1742. fol. Bowyer. tom. 2.

φύλ. υλθ. Fol. 439.

| | |
|---|---|
| Φίλωνος περὶ ἀρέτων, ἤτοι ἀνδρείας καὶ εὐσεβείας καὶ φιλανθρωπίας. | Philonis de virtutibus seu fortitudine, pietate et humanitate. |
| A. περὶ δικαιοσύνης. | T. ἀποχρώντως λελέχθω. |

†. Ext. in editione citata. At hic nonnisi de fortitudine habetur.

φύλ. υμδ. Fol. 440.

| | |
|---|---|
| Βίος πολιτικοῦ, ὅπερ ἐςὶ περὶ ἰώσηφ. | Vita politici, seu de Iosepho. In edit. cit. |
| A. τρεῖς μέν εἰσιν. | T. πρυτανεύειν ἱκανώτατος. |

| Φύλ. υο. | Fol. 470. |
|---|---|
| Φίλωνος βίος κατὰ διδασκαλείαν τελειωθέντος, ἢ νόμος ἀγράφων. | Philonis vita per doctrinam perfecti, seu de legibus non scriptis. |
| A. τῶν ἱερῶν νόμων. | T. καὶ θεσμὸς ἄγραφος. ἀμήν. |

†. Extat ibidem. In fine legitur: Καὶ τοῦτο τὸ βιβλίον ἐξισώθη κατὰ τὸ ἑαυτοῦ ἀντίγραφον, etiam hic liber ad antigraphum suum exaequatus est.

## Codex XX.

Membranaceus, membrana veteri ac trita, atramento iam flavescente, charactere maiusculo et eleganti, columna duplici, in folio, cum correctionibus marginalibus, foliorum numero 240. Saec. XI., ut videtur, exaratus, aliquantum laesus et inscriptus.

### In foliis adnexis.

| | |
|---|---|
| Σι τῶν τοὺς ἰουδαίους ὄντας. ἢ τοὺς ἐν ἀκροβυςίᾳ. | T. εἰδὲ περὶ ἐκείνων ἔλεγεν. |

†. Est hoc fragmentum de circumcisione scriptum unciali quadro charactere cum his accentibus ⊣ ⊢ et interpunctionibus ·, ; . Referendum videtur ad Saec. IX. Est vero duplici columna scriptum, literis flavescentibus, in octo foliis, quorum quatuor initio, quatuor in fine adnexa sunt.

### In iisdem foliis.

| | |
|---|---|
| Μηνὶ τῷ ἀυτῷ ἰουν. μαρτύριον τῶν ἁγίων, καὶ ἐνδόξων τοῦ χριςοῦ μαρτύρων πρόβου, ταράχου καὶ ἀνδρονίκου. | Mense eodem Iunio. Martyrium sanctorum ac gloriosorum Christi martyrum Probi, Tarachi et Andronici. |
| A. διοκλητίανος τὴν ἀυτοκρατόρος διέπων ἀρχήν. | T. . . . . . . . deest. |

†. In Surio eorum vita habetur latine, sumpta ex Simeone Metaphraste, ut Surius notat tom. V. p. 690. mens. Oct. Finis deficit, ultima autem sunt: Ἐντεῦθεν ὁ μάξιμος ἐξαπορηθεὶς καὶ διὰ πάντων. Parum igitur deest, prout in Surio videre est.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου κωνςαντινουπόλεως τοῦ χρυσοςόμου εἰς τὸν ἅγιον μάτθαιον τὸν εὐαγγελιςήν.

A. ἔδει μὲν ἡμᾶς.

Sancti patris nostri Ioannis Chrysostomi, archiepisc. Constantinop., commentarius in S. Mattheum evangelistam.

T. ἀῤῥωςίας τῶν μελλόντων κ. τ. λ.

†. Constat homiliis XLIV, quae eodem ordine hic sequuntur, ut in Montfauconii editione Parisiensi. In fine legitur: χὲ, παρασχοῦ τοῖς ἐμοῖς κόποις χάριν, Christe gratiam meis exhibe laboribus.

## Codex XXI.

Membranaceus membrana veteri et maculata, literis maiusculis et elegantibus, subinde extinctis, flavis, columna duplici, cum correctionibus, foliorum 323, in folio, possessus a Simeone archiepisc. et Constantino, Saec. X. ut videtur, exaratus et inscriptus.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν ἰωάννου, ἀρχιεπισκόπου κωνςαντινουπόλεως τοῦ χρυσοςόμου, βιβλίον δεύτερον τὸ κατὰ μάτθαιον ἅγιον εὐαγγέλιον.

A. ἄξιον θαύμασαι.

Sancti patris nostri Ioannis Chrysostomi, archiepiscopi Constantinopolitani, Pars II. commentarii in evangelium secundum Mattheum.

T. ἀσφαλῆ καὶ τῆς αἰωνίου κ. τ. λ.

†. Praemittuntur summaria homiliarum Chrysostomi in Matthaeum. Prima est XLV. et ultima

XC. eodem ordine, quo in editione citata. In fine quidam possessor scripsit: Ὄιμοι ψυχή μου ἀθλία κλαῦσον τὰ σὰ πεπραγμένα παραλόγως, Eheu misera mea anima, defle actus tuos malos. Et alius: Δὸς κύριε ἐυτυχίαν τὸν γράψαντα (sic) τὰ ῥήματα ταῦτα καὶ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι, κῦριε, βοήθοι τὸν δούλον σου κωνσαντ΄. ἐτελιώθη μηνὶ αὐγούςω ἰνδ. ιγ, des domine scriptori prosperitatem et in hoc et in altero saeculo; Domine, auxiliare servo tuo Constantino. Finitum mense Augusto, indictione XIII. Demum tertius: συμέων $\overset{\chi}{\alpha}$ καὶ ἁμαρτωλὸς, καὶ ἐυχαῖ πάντον, καὶ ὅσυ ἀναγινόσκαιτε ταῦτα ἔυχεςέ με διὰ τὸν κύριον. ἀμήν. (sic omnia). Simeon monachus et peccator et precor pro omnibus et quotquot ista legitis, precamini pro me per dominum. Amen.

## Codex XXII.

Chartaceus, charta solida et laevi, titulis et initialibus rubris, charactere minuto et nitido, in folio, constans foliis 332., Saec. XVI., cum correctionibus marginalibus, cum lacuna p. 31. collatus cum prototypo ab Emm. Bembene Monembasiano et scriptus, optime conservatus et inscriptus.

| | |
|---|---|
| Τὰ ἐν Φεῤῥαρίᾳ καὶ ἐν Φλωρεντίᾳ πρακτικὰ τῶν ἀνατολικῶν καὶ δυσικῶν. | Acta concilii Ferrariensis et Florentini orientalium et occidentalium. |
| A. τὴν μὲν ἀπὸ κωνςαντινουπόλεως ἐις ἰταλίαν περίοδον. | T. ἐυδοκήσαντι χῷ τῷ θῷ κ. τ. λ. |

†. Omnia cum actis conciliis ab Harduino editis conveniunt, exceptis quibusdam. Sic expositio fidei in editione p. 59. hic deest. At locus illi relictus p. 31. Subscriptiones tantum orienta-

lium habentur. Finitis περὶ τῶν ἀρμενίων, descriptio solennitatis, qua celebratur Florentiae festum S. Ioannis Baptistae, habetur 1. hoc titulo: Περὶ τῆς ἑορτῆς τοῦ τιμίου προδρόμου, πῶς τελεῖται παρὰ τῶν Φλωρεντίνων. τῇ κγ. τοῦ ἰουνίου μηνὸς ποιοῦσι λιτανεῖαν. Edidit gr. et lat. Pasinus tom. I. pag. 271. Catalogi Msc. gr. 2. fol. 228. usque 237. epistola Georgii Scholarii ad Graecos hoc titulo: ἐν Φλωρεντίᾳ τοῦ σοφωτάτου σχολαρίου πρὸς τοὺς ἡμετέρους τῇ θείᾳ, καὶ ἱερᾷ συνόδῳ κ. τ. λ. Et desinit: χρόνον ἐσόμενοι. Tunc sequitur eiusdem exhortatio ad synodum orientalem pro pace auxilioque patriae ferendo cum titulo: τοῦ σοφωτάτου κυρίου τοῦ σχολαρίου ὑπὲρ εἰρήνης καὶ βοηθείας τῇ πατρίδι παράκλησις ἐν Φλωρεντίᾳ πρὸς τὴν ἀνατολικὴν σύνοδον. ὄυτε σιωπᾶν λοιπὸν ὄιμαι δεῖν, ut in editione citata. Fol. 237. incipiunt orationes III Georgii Scholarii ad concilium Florentinum, ut in editione Harduina. Fol. 285. Epistola Nicolai V. ad Constantinum a Theodoro Gaza translata. Ἐπιςολὴ νικολάου πέμπτου, παπᾶ ῥώμης πρὸς κωνςάντινον βασιλέα ῥωμαίων, ἐκ τῆς λατίνων μετερμηνευθεῖσα φωνῆς ὑπὸ θεοδώρου ᾿γαζῆ, νικόλαος ἐπισκόπος δοῦλος τῶν δούλων τοῦ θεοῦ τῷ προσφιλεςάτῳ ἐν χριςῷ υἱῷ κωνςαντίνῳ παλαιολόγῳ ἀυτοκράτορι ἐπιφανεςάτῳ ῥωμαίων χαίρειν, καὶ ἀποςολικῆς ἀπολαύειν ἐυλογίας. Ἀνδρόνικον βρυένιον λεόνταριν. Extat haec epistola gr. et lat. in opusculis aureis P. Arcudii, Romae 1670. 4. Fol. 289. Est epistola Bessarionis ad Graecos tit. ἑτέρα ἐπιςολὴ τοῦ νικαίας βησσαρίωνος πρὸς γραικούς. A. Βησσαρίων ἐλέῳ θεοῦ τῆς ἱερᾶς, extat etiam haec epistola in opusculis aureis Arcudii cum duplici versione latina. In fine huius epistolae scriptor haec notat: Καὶ τοῦτο ἐξισώθη, ὡς εἶχεν τὸ πρωτότυπον, διὰ χειρὸς ἐμοῦ ἐμμανουήλου βεμβένι τοῦ ἐκ μονεμβασίας, etiam hoc collatum cum prototypo, quà tali, manu Emman.

man. Bembene Monembasiani. Fol. 297. Apologia Gregorii Mamantis Protosyncelli in epistolam Marci Ephesii, ut in editione Harduini occurrit.

## Codex XXIII.

Chartaceus, charta solida et laevi, titulis et initialibus miniatis, charactere minuto ac nitido, manu diversa, in folio, prototypo suo adaequatus, foliorum 415., a Cornelio Naupliensi Murmureo, Andreae filio, Venetiis agente, exaratus, Saec. XVI. medio, bene conservatus et inscriptus.

| | |
|---|---|
| Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν γρηγορίου ἀρχιεπισκόπου νύσσης λόγος ἐις τοὺς κοιμηθέντας. | S. patris nostri Gregorii, archiepiscopi Nyss., sermo in defunctos. |
| A. ὅι τὴν ἀναγκαῖαν. | T. οἰκτιρμῶν ἀυτοῦ, ὅτι κ. τ. λ. |

†. Vertit Franc. Zinus. In eius operibus prodiit sub tit. Non esse dolendum de mortuis, qui ex hac vita ad sempiternam transierunt.

| | |
|---|---|
| φύλ. ιθ. | Fol. 19. |
| Τοῦ ἀυτοῦ ζήτησις περὶ ψυχῆς μετὰ τῆς ἰδίας ἀδελφῆς μακρίνης. | Eiusdem quaestio de anima cum sorore sua Macrina. |
| A. ἐπειδὴ τοῦ ἀνθρωπίνου. | T. ἡ ἀνθρωπίνη φύσις. ἀυτῷ κ. τ. λ. |

†. Extat in operibus.

| | |
|---|---|
| φύλ. ξγ. | Fol. 63. |
| Συσαυρωθέντα σοι καὶ ὑποπεσόντα τοῖς σοῖς οἰκτιρμοῖς κ. τ. λ. | T. περὶ ἀυτῆς ἱστορίαν ἐις δόξαν τοῦ θεοῦ, ὅτι ἀυτῷ πρέπει τιμὴ καὶ ἐυχαριστία κ. τ. λ. |

†. In margine ἀκέφαλον notatur et initio suo caret. Est verò Gregorii Nysseni de vita Macrinae, ut conferenti haec patebit. Est edita in appendice ad edit. gr. lat. Paris. 1615. ubi ad Olympium monachum inscribitur. Extat etiam apud Surium 19. Iul. In codice autem Caesareo ad Euprepium episc. inscribitur.

φύλ. ξθ.

Τοῦ αὐτοῦ ἐπιϛολὴ μηνύουσα τὰ ὑποτεταγμένα, ἅτινά ἐϛι προτροπὴ ἐις τὸν κατ' ἀρετὴν βίον καὶ περὶ παρθενίας β̅.

Α. ὁ μὲν σκοπὸς τοῦ λόγου ἐϛί.

Fol. 69.

Eiusdem epistola indicans, quae subiiciuntur. nempe exhortatio ad frugi vitam et de virginitate 2.

T. κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ θεοῦ κ. τ. λ. Ibidem.

φύλ. ρζ.

Τοῦ αὐτοῦ λόγος κατηχητικὸς γ̅.

Α. ὁ τῆς κατηχήσεως.

Fol. 107.

Eiusdem sermo catecheticus 3.

T. κατὰ τὴν αἰωνίαν ἀντίδοσιν. Ibidem.

φύλ. ρμε.

Τοῦ αὐτοῦ πρὸς ὀλύμπιον ἀσκητὴν δ̅.

Α. πρέπουσα.

Fol. 145.

Eiusdem ad Olympium Ascetam 4.

T. περιόρισαι τὴν τελειότητα.

†. In margine notatur: Ἐπιϛολὴ χρήσιμος πάνυ χαρακτηρίζουσα τὸν ὄντως χριϛίανον, epistola valde utilis, quae characterem veri christiani designat. Alias titulus est: περὶ τελειότητος καὶ ὁποῖον χρὴ εἶναι τὸν χριϛίανον. Extat ibidem.

φύλ. ρξ. Fol. 160.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν βίον μωύσεως περὶ ἀρετῆς ε.

Eiusdem in vitam Moysis de virtute 5.

Α. οἷον τι πάσχουσι.

Τ. τοῦ περὶ αὐτοῦ διηγήματος.

†. In ora superiori inscriptum: πρὸς ὀλύμπιον ἀσκητήν. Sed et iste titulus legitur in aliis: περὶ τοῦ βίου μωύσεως τοῦ νομοθέτου, ἢ περὶ τῆς κατ' ἀρετὴν τελειότητος. Ets vita Moysis mystice enarrata et perfectam vivendi formulam cuilibet christiano praescribens. Extat ibidem.

φύλ. ρογ. Fol. 173.

Τοῦ αὐτοῦ λόγος δεύτερος περὶ ἀρετῆς ς.

Eiusdem sermo secundus de virtute 6. In aliis unus idemque sermo.

Α. ὅτε καταφθείρεσθαι.

Τ. πάντως ἔςαι τὸ κέρδος.

φύλ. σις. Fol. 216.

Τοῦ αὐτοῦ ἀπολογία περὶ τῆς ἑξαημέρου ζ.

Eiusdem apologia in Hexaëmeron 7.

Α. τί ταῦτα.

Τ. κατὰ τὴν ὑφήγησιν τοῦ θεοῦ κ. τ. λ.

†. Vocatur apologia scilicet pro Moyse et iis, quae in fratris Basilii hexaëmero reprehensa aut desiderata sunt. Extat ibidem.

φύλ. σμδ. Fol. 244.

Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ παρασκευῇ.

Sancta et magna parasceve.

Λέοντος τοῦ φιλοχρίςου βασιλέως λόγος εἰς τὴν ἀποκαθήλωσιν τῶν τιμίων, καὶ

Leonis Christi amantissimi imperatoris in extractionem venerabilium

ἁγίων ἥλων τῶν ἐμπαρέντων ἐν τῷ δεσποτικῷ σώματι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριςοῦ, καὶ εἰς τὴν θεόσωμον αὐτοῦ ταφήν.

Α. ὢ φρικτοῦ.

et sacrorum clavorum infixorum corpori domini nostri Iesu Christi et in divini corporis sepulturam.

Τ. τῆς αὐτοῦ δόξης μετέχωμεν κ. τ. λ.

Φύλ. σμθ. Fol. 249.

Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ κυριακῇ.

Sancta et magna dominica.

Τοῦ αὐτοῦ λόγος εἰς τὴν ἁγίαν ἀνάςασιν, ὅτε χριςὸς ὁ θεὸς ἡμῶν τὸ μέγα καὶ σωτήριον αὐτοῦ κατὰ τοῦ θανάτου τροπαῖον ἔςησεν.

Α. ἀνάςασις τοῦ ἐμοῦ.

Eiusdem oratio in sanctam resurrectionem, quando Christus Deus noster magnum et salutare trophaeum contra mortem statuit.

Τ. ἀνάςαντος χῦ τοῦ θῦ ἡμῶν κ. τ. λ.

Φύλ. σνδ. Fol. 254.

Τῇ πέμπτῃ τῆς ἕκτης ἑβδομάδος.

Quinta die sextae hebdomadis.

Τοῦ αὐτοῦ λόγος εἰς τὴν ἁγίαν ἀνάληψιν, ὅτε φέρων τὴν τοῦ πλάσματος καταλλαγὴν ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ μετὰ ἐξ ἡμῶν προσλήμματος τοῖς πατρικοῖς ἐνεθρονίσθη κόλποις.

Α. τῇ μὲν ἀναςάσει.

Eiusdem sermo in sanctam ascensionem, quando offerens figmenti reconciliationem filius patri cum carne nostra assumpta in sinu paterno collocatus est.

Τ. καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα κ. τ. λ.

| | |
|---|---|
| Φύλ. σνζ. | Fol. 257. |
| Κυριακῇ μετὰ τὴν πεντηκοςήν. | Dominica post pentecosten. |
| Τοῦ αὐτοῦ λόγος εἰς τοὺς ἁπανταχοῦ γῆς ἁγίους πάντας, ὅτε τὸν ἀλάςορα τοῦ γένους οἰκείοις ἄθλοις κατέβαλον καὶ ἡ παγκόσμιος ἐκκλησία τούτους τιμᾷ. | Eiusdem oratio in universae terrae sanctos omnes, quando generis nostri inimicum suis certaminibus prostraverunt et universa ecclesia illos honorat. |
| A. πρότερον. | T. κατακοσμιεῖ. ὅτι αὐτῷ κ. τ. λ. |
| Φύλ. σξε. | Fol. 265. |
| Μηνὶ αὐγούςου ιε. | Mens. Augusti XV. |
| Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία εἰς τὴν κοίμησιν τῆς παναγίας θεοτόκου καὶ ἀεὶ παρθένου μαρίας, ὅτε ἀπὸ τῶν ἐπιγείων καὶ ἐπικήρων ἐν ταῖς φαεινοτάταις καὶ ἀκηράτοις λήξεσι τῶν οὐρανῶν μετέςη. | Eiusdem homilia in obdormitionem sanctissimae Deiparae et semper virginis, quando e terrenis caducisque in splendidissimas et immortales coelorum sedes translata est. |
| A. Μητρὸς θεοῦ ἑορτήν. | T. τῆς κτίσεως, ᾧ πρέπει κ. τ. λ. |
| Φύλ. σοα. | Fol. 271. |
| Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία εἰς τὴν ἀποτομὴν τῆν ἁγίας καὶ ἱερᾶς κεφαλῆς τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου προφήτου προδρόμου καὶ βαπτιςοῦ Ἰωάννου. | Eiusdem homilia in decollationem sancti et gloriosi prophetae et praecursoris et baptistae Ioannis. |
| A. τίς δώσει. | T. ἀπεργάσητε, ᾧ ἡ δόξα κ. τ. λ. |

Φύλ. σοε. Fol. 275.

Τοῦ αὐτοῦ λόγος εἰς τὴν πεντηκοστήν. ὅτε ἐν εἴδει γλώσσων πυρινῶν ἡ τοῦ θείου πνεύματος χάρις ἐπὶ τοὺς ἱεροὺς μαθητὰς κατεφοίτησεν.

Eiusdem oratio in pentecosten, quando in ignearum linguarum forma divini spiritus gratia in divos iniit discipulos.

A. ἐπείπερ καί. T. ἀναφέροντες. νῦν κ. τ. λ.

Φύλ. σοθ. Fol. 279.

Τοῦ αὐτοῦ λόγος εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν, ὅτε χαρὰν ὑπ' ἀγγέλου εὐηγγελίσθη καὶ ἡ ἀρὰ κατελύθη.

Eiusdem oratio in annunciationem, quando gaudium ab angelo virgini annunciatum et maledictio dissoluta.

A. ὁ τῶν παρθενικῶν. T. τοῦ πρωτοτόκου υἱοῦ κ. τ. λ.

Φύλ. σπβ. Fol. 282.

Τοῦ αὐτοῦ λόγος εἰς τὰ βαΐα, ἐν ᾗ παγκόσμιον ἀγαλλίασιν προοιμιασάμενα τὰ πλήθη τὸν νικητὴν τοῦ θανάτου βαΐοις ἀνύμνησαν.

Eiusdem oratio in festum palmarum, quo multitudo gaudium universale auspicata victorem mortis palmarum ramis celebravit.

A. ἐπῄνεσε καὶ ἄλλοτε. T. ἐξειργασάμεθα. ὅτι σοι κ. τ. λ.

†. In huius fine legitur: ἡ βίβλος αὕτη μετεγράφη ὑπ' ἐμοῦ κορνηλίου τοῦ ναυπλιέως τῶν μουρμουρέων υἱοῦ ἀνδρέου ἐνετίησι διάγοντος ἔτει τῷ ἀπὸ τῆς θεογονίας αφνβ. Hic liber transscriptus est a me Cornelio Naupliensi Murmureo, Andreae filio, Venetiis agente a Christo nato 1552. Sub quo alia manu hoc notatum: ἐξισώθη τὸ παρὸν βιβλίον, ὡς

ἦν δυνατὸν, κατὰ τὸ ἑαυτοῦ πρωτότυπον, praesens liber, ut fieri potuit, ad prototypum collatus est. Hae novem orationes Leonis Imp. a Iac. Gretsero depromptae ex hac electorali bibliotheca Monacensi, ac latine redditae vulgabantur Ingolst. 1600. 4.

Φύλ. σπζ. Fol. 287.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν γρηγορίου ἐπισκόπου νύσσης περὶ τοῦ μὴ ὄιεσθαι λέγειν τρεῖς θεοὺς, πρὸς ἀβλάβιον.

Sancti patris nostri Gregorii, episcopi Nysseni, in id: non putandum, dicendos esse tres Deos, ad Ablabium. v. opera eius.

A. ὑμᾶς μὲν.

T. μοναδικῶς ἐξαγγέλλεται.

Φύλ. σ϶ε. Fol. 295.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν ἐπιγραφὴν τῶν ψαλμῶν.

Eiusdem in inscriptionem psalmorum.

A. ἐδεξάμην σου.

T. τοῦ κυρίου μυςήριον διδαχθεὶς.

†. Duo sunt tractatus et sic quoque editi a Iac. Gretsero una cum novem orationibus Leonis Imp. Alter tractatus hoc titulo insignitur fol. 315. Ἀπὸ ὧδε περὶ τῶν ἐπιγραφῶν ἐξετάζει. Nostrum exemplar desinit in ista: καὶ τὸ κατὰ τὸ πάθος τοῦ κυρίου μυςήριον διδαχθεὶς v. edit. p. 186. notam marginalem.

Φύλ. τλγ. Fol. 333.

Ἀνδρέου, ἀρχιεπισκόπου καισαρείας καππαδοκίας, κυρίῳ μου ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ.

Andreae, archiepiscopi Caesareae Cappadociae, domino meo fratri et socio in ministerio.

A. πολλάκις αἰτηθεὶς.

T. ὁ σαρκὶ παθὼν δι' ἡμᾶς.

†. Est Andreae, archiepisc. Caes. Capp. commentarius in apocalypsin divisus in lib. XXIV. cap. LXXII. et ad Macarium inscriptus. Edidit Theod. Peltanus, Ingolst. 1574. 4. Eodem se codice usum esse et ipse testatur et variantes, quas margini addidit, declarant. Montfaucon in diario italico p. 221. memorat, in codice Msc. bombycino illum Andreae Cretensi adscribi. Sed in aliis rectius Andreae Caesareensi tribuitur.

## Codex XXIV.

Membranaceus, membrana veteri, trita, in oris laesa, atramento flavescente, titulis et initialibus cinnabari exaratis, literis maiusculis et nitidissimis, bipartitò scriptus, in folio, constans foliis 190. cum indice manu Gretseri scripto in charta adnexa, Saec. XI. uti videtur, inscriptus.

| | |
|---|---|
| Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου κωνςαντινουπόλεως τοῦ χρυσοςόμου λόγος ἐξ τῶν ἀνδριάντων. περὶ τοῦ φέρειν γενναίως τὴν ἐπικειμένην ἀπειλὴν ἔχοντας ὑποδείγματα τὸν ἴωβ καὶ τοὺς νινευϊτάς. | Sancti patris nostri Ioannis Chrysostomi, archiepiscopi Constantinopolis, sermo de statuis de generose ferendis imminentibus minis a Iobi et Ninivitarum exemplis. |
| A. τῶν τριῶν παίδων. | T. δωρεαῖς, ὧν γένοιτο κ. τ. λ. |
| Φύλ. ια. | Fol. 11. |
| Ὑπομνήματα τῆς ἀθλήσεως τῶν ἁγίων μβ μαρτύρων. | Monumenta certaminis sanctorum XLII. martyrum. |
| A. Φαιδρὰ μὲν τῆς πανηγύρεως ἡ ὑπόθεσις κ. τ. λ. | T. καὶ σωμάτων αἰτούμενοι ἐν αὐτῷ χριςῷ κ. τ. λ. |
| | †. Iac. |

†. Iac. Gretserus in summario suo praemisso ea attribuit Ioanni Chrysostomo. Scripsit enim: Eiusdem. At in eius operibus de hoc nil inveni. In actis sanctorum ad X diem Martii notatur, martyres XLII. in Perside fuisse, sine ulla alia descriptione, ita, ut inedita ea dicere queam. Cum catalogi veteris Cod. LXXV. descriptum legerem et cum summario Gretseri conferrem, reperi, non omnia ad verbum convenire, nec eum proin catalogi auctorem esse. Auctores catalogi Casanatensis M. Freherum suspicantur. Et Ph. Labbeus, C. XXV. in protreptico hist. Byz. Marc. Velserum statuit. Alii demum alium. Illud habe, eiusmodi summaria a variis confecta et asseri primo adnexa esse, e quibus veterem catalogum potissimum esse confectum reor. Inde etiam est, quod tot mendis scateat. Vide de hoc catalogo plura sciturus Uffenbachii commercium epistolare. Item praefationem meam.

| Φύλ. λ. | Fol. 30. |
| --- | --- |
| Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν βασιλείου ἐγκώμιον ἐις τοὺς μ̄ μάρτυρας. | Sancti patris nostri Basilii encomium in 40 martyres. |
| Α. μαρτύρων μνήμης. | Τ. κατεκοσμήθησαν ἐν χῷ κ. τ. λ. |

| Φύλ. λζ. | Fol. 37. |
| --- | --- |
| Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν ἰωάννου τοῦ χρυσοςόμου ὁμιλία ἐις τὸ κατὰ ματθαῖον ἐυαγγέλιον· τότε ἔρχεται μετ' ἀυτῶν ὁ ἰησοῦς | Sancti patris nostri Ioannis Chrysostomi homilia in evangelium Matthaei: Tunc venit Iesus cum ipsis in lo- |

εις χωρίον λεγόμενον γεθσημανή.

A. ἐπειδὴ ἀδιασπάςως.

cum dictum Gethsemane. Ext. in operibus.

T. ἀπολαῦσαι σκηνῶν. χάριτι κ. τ. λ.

φύλ. μδ.

Τοῦ αὐτοῦ εις κατὰ ματθαῖον ἅγιον ἐυαγγέλιον· καὶ ἰδοὺ εἷς τῶν μετὰ ἰησοῦ ἐκτείνας τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἀπέσπασεν τὴν μάχηραν αὐτοῦ.

A. τίς ἦν ὁ εἷς.

Fol. 44.

Eiusdem in sanctum Matthaei evangelium: Et ecce unus ex his, qui erant cum Iesu, extendens manum gladium suum eduxit. Ext. in operibus.

T. εισαγάγωμεν, ἵνα καὶ κ. τ. λ.

φύλ. ν.

Τοῦ αὐτοῦ εις τὸ ἀποστολικὸν ῥῆτον· χαίρετε ἐν χριςῷ πάντοτε.

A. πολλοὺς εἶδον.

Fol. 50.

Eiusdem in apostolicum dictum: Gaudete in domino semper. v. opera.

T. τὴν ἀμοιβὴν χάριτι κ. τ. λ.

φύλ. νη.

†Λόγος ἀναγινωσκόμενος εις τὴν ἀκάθιςον.

A. ἐν τοῖς χρόνοις ἡρακλείου.

Fol. 58.

Sermo lectus in Acatisto, seu festo liberatae a Persis Constantinopolis.

T. ἀποῤῥήτων ἀγαθῶν ἐπιτυχῶμεν κ. τ. λ.

†. Integer titulus is est: Διήγησις ὠφέλιμος ἐκ παλαιᾶς ἱςορίας συλλεγεῖσα καὶ ἀνάμνησιν δηλοῦσα τοῦ παραδόξως γενομένου θαύματος, ἡνίκα πέρσαι καὶ βάρβαροι τὴν βασιλίδα ταύτην πολέμῳ περιεκύκλωσαν, ὅι

*καὶ ἀπώλοντο θείας δίκης πειραθέντες, ἡ δὲ πόλις ἀσί-νὴς συντηρηθεῖσα πρεσβείαις τῆς θεοτόκου ἐτησίως ἐκ τότε ᾄδει εὐχαριςήριον ἀκάθιςον τὴν ἡμέραν κατονομά-ζουσα.* Ἀκάθιςον verò dicitur, eo quod hac nocte sine sessione iste hymnus caneretur. Extat iste hymnus integer in horologio edito 1535. Ipsa autem narratio est edita a Combefisio post historiam Monotheletarum, p. 805. In veteri catalogo de hoc nil legitur.

*Φύλ. ξς.*

*Βίος τῆς ὁσίας μαρίας τῆς αἰγυπτίας τῆς ἀπὸ ἑταιρίδων, συγγραφεὶς παρὰ σωφρονίου ἀρχιεπισκόπου ἱεροσολύμων.*

*Α. μυςήριον βασιλέως.*

Fol. 66.

Vita sanctae Mariae Aegyptiacae illius, quae erat meretrix, conscripta a Sophronio Hierosolymarum archiepiscopo.

T. *καὶ ἐξουσία σὺν πατρὶ κ. τ. λ.*

†. Extat latine ex Pauli Diaconi Neapolitani versione apud Surium 2. April. et graece in actis sanctorum ad calcem tom. 1. April. p. 13. Papebrochius ibi negat tom. 1. April. p. 69. Sophronium esse auctorem, non obstante, quod in bibliothecis sub Sophronii nomine extet Msc., ut Taurinensi, S. Marci, Naniana, Caesarea, Coisliniana et Monacensi.

*Φύλ. πδ.*

*Ἀναςασίου μοναχοῦ τοῦ σινᾶ ὄρους περὶ τῆς ἁγίας συνάξεως καὶ περὶ τοῦ μὴ κρίνειν καὶ μνησικακεῖν.*

*Α. ἀεὶ μὲν ἡ τοῦ.*

Fol. 84.

Anastasii Monachi montis Sina de sacra synaxi et de non iudicando, deque oblivione iniuriarum.

T. *ἐλεήμονος θῦ ἡμῶν κ. τ. λ.*

†. Ex hoc ipso codice cum versione Achillis Statii edidit Henr. Canisius antiquarum lectionum tom. III. p. 60. Porturegalenses in perpetuitate fidei catholicae Anastasio Nicaeno contra consensum codicum Msc. tribui volunt. Asservatur Msc. in bibliothecis Caesarea, Taurinensi et D. Marci Venet. In veteri catalogo de hoc nil occurrit.

| | |
|---|---|
| φύλ. ϟδ. | Fol. 94. |
| Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν ἀνδρέου ἀρχιεπισκόπου κρήτης τοῦ ἱεροσολυμήτου λόγος ἐις τὸν ἅγιον τετραήμερον λάζαρον. | Sancti patris nostri Andreae archiepiscopi Cretensis, Hierosolymitani sermo in sanctum Lazarum quatriduanum. Ext. Paris. 1644. f. |
| Α. λάζαρος τὸν παρόντα. | Τ. ἐπίγνωσιν χῦ τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ κ. τ. λ. |
| φύλ. ρζ. | Fol. 107. |
| Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν ἰωάννου τοῦ χρυσοςόμου ἐν τοῦ κατὰ ἰῶ ἐυαγγελίου ἐις τὸ ῥῆτου τὸ φάσκον· θωμᾶς δὲ εἷς ἐκ τῶν δώδεκα, ὁ λεγόμενος δίδυμος, ὀυκ ἦν μετ᾽ ἀυτῶν. | Sancti patris nostri Ioannis Chrysostomi ex evangelio Ioannis in dictum: Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis. Ext. in operibus. |
| Α. ὥσπερ τὸ ἁπλῶς. | Τ. τὰ βελτίω, ἵνα καὶ κ. τ. λ. |
| φύλ. ριγ. | Fol. 113. |
| Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν γρηγορίου ἀρχιεπισκόπου κωνςαντινουπόλεως τὸν | Sancti patris nostri Gregorii, archiepiscopi Constantinopolis, theologi, in |

θεολόγου εἰς τὴν καινὴν κυριακήν.

A. ἐγκαίνια.

novam dominicam. Ext. graece Ald. 1516. etc.

T. παραπεμφθείημεν.

φύλ. ριη.

Τῇ δε ἐπαύριον, ἥτις ἐςὶν μετὰ τὴν παρασκευήν, συνήχθησαν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Φαρίσαῖοι πρὸς πῖλατον λέγοντες· ἐμνήσθημεν, ὅτι ἐκεῖνος ὁ πλάνος ἔτι ζῶν εἶπεν, ὅτι μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι.

A. πανταχοῦ ἡ πλάνη.

Fol. 118.

Postero autem die, qui est post parasceve, convenerant sacerdotes et pharisaei ad Pilatum dicentes: Recordati sumus, quod impostor ille adhuc vivens dixerit, post tres dies resurgam. Est Chrysostomi et extat in opp.

T. θαυμάσονται, καὶ τῶν κ. τ. λ.

φύλ. ρκε.

Πορευομένων δὲ αὐτῶν ἰδοῦ τινες τῆς κουςοδίας ἐλθόντες εἰς τὴν πόλιν ἀνήγγειλαν τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἅπαντα τὰ γενόμενα.

A. διὰ τοῦτο τούς.

Fol. 125.

Euntibus autem ipsis, ecce tres custodes venientes in civitatem annunciarunt principibus sacerdotum omnia, quae facta erant. Est Chrysostomi.

T. καὶ ἀσφαλῆ καὶ τῆς κ. τ. λ.

φύλ. ρλα.

Ἀπῆλθον οὖν πάλιν πρὸς ἑαυτὸν οἱ μαθηταί. μαρία δὲ εἱςήκει πρὸς τό μνημεῖον κλαίουσα ἔξω.

A. περιπαθές πως.

Fol. 131.

Abierunt igitur rursus ad semet ipsos discipuli. Maria autem ad monumentum stetit plorans foris. Est eiusdem in Ioan.

T. τὴν ἀμοιβὴν χάριτι κ. τ. λ.

| | |
|---|---|
| Φύλ. ρλϛ. | Fol. 136. |
| Τοῦτο πάλιν δεύτερον σημεῖον ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἐλθὼν ἐκ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν γαλιλαίαν. μετὰ ταῦτα ἦν ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων. καὶ ἀνέβη Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα. | Hoc rursus secundum signum fecit Iesus, veniens ex Iudaea in Galilaeam. Post haec festum erat Iudaeorum et Iesus ascendit Hierosolymam. Est eiusdem in Ioan. |
| A. καθάπερ ἐν τοῖς. | T. ἡδονῆς ἀπολαύσωμεν. χάριτι κ. τ. λ. |
| Φύλ. ρμ. | Fol. 140. |
| Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι; ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ ἀσθενῶν· ναί, κύριε. | Dicit illi Christus: Vis sanus fieri? Respondit illi aegrotus: utique, domine. Est eiusdem in Ioan. |
| A. μέγα τῶν θείων. | T. παρόντων καὶ τῶν μελλόντων κ. τ. λ. |
| Φύλ. ρμδ. | Fol. 144. |
| Ἴδε ὑγιὴς γέγονας· μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μὴ χεῖρόν τί σοι γένηται. | Ecce sanus factus es: noli amplius peccare, ne quid peius tibi fiat. Est eiusdem in Ioan. |
| A. δεινὸν ἡ ἁμαρτία. | T. λόγον ἵνα καὶ τῶν κ. τ. λ. |
| Φύλ. ρνβ. | Fol. 152. |
| Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῇ· πᾶς ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος τούτου διψήσει πάλιν. | Respondit Iesus et dixit illi: omnis, qui ex hac aqua bibit, sitiet rursus. Est eiusdem in Ioan. |
| A. τοῦ πνεύματος τὴν χάριν. | T. δόξης ἀπόλαυσαι χάριτι κ. τ. λ. |

φύλ. ρνζ.

Λέγει ἀυτῇ ὁ Ἰησοῦς· γύναι, πίςευσόν μοι, ὅτι ἔρχεται ὥρα, ὅτε ἄυτε ἐν τῷ ὄρει τούτῳ, ὄυτε ἐν Ἱεροσολύμοις προσκυνήσουσι τῷ πατρί.

A. πανταχοῦ πίςεως.

Fol. 157.

Dicit illi Christus: Mulier, crede mihi, quod veniet hora, quando neque in monte hoc, neque in Ierusalem adorabunt patrem. Est eiusdem in Ioan.

T. λαμπροὶ τῶν αἰωνίων κ. τ. λ,

φύλ. ρξα.

Ἀφῆκεν οὖν τὴν ὑδρίαν ἀυτῆς ἡ γυνὴ καὶ ἀπῆλθεν ἐις τὴν πόλιν καὶ λέγει τοῖς ἀνθρώποις κ. τ. λ.

A. πολλῆς ἡμῖν θερμότητος.

Fol. 161.

Reliquit igitur mulier hydriam suam et abiit in civitatem et dicit hominibus etc.

Eiusdem in Ioan. est.

T. ἡμᾶς ἐπιτύχειν. χάριτί κ. τ. λ.

φύλ. ρξς.

Ἀπεκρίθησαν οὖν ὁι Ἰουδαῖοι καὶ εἶπον ἀυτῷ· ὀυ καλῶς λέγομεν ἡμεῖς, ὅτι σαμαρίτης εἶ σὺ καὶ δαιμόνιον ἔχεις. ἀπεκρίθη Ἰησοῦς· ἐγὼ δαιμόνιον ὀυκ ἔχω.

A. Ἀναίσχυντον ἡ κακία.

Fol. 166.

Responderunt igitur Iudaei eique dixerunt: Nunquid bene dicimus, quod Samaritanus es et daemonium habes. Respondit Iesus: Ego daemonium non habeo. Est eiusdem in Ioannem.

T. ἀπαλλάγωμεν καὶ τῶν κ. τ. λ.

φύλ. ροα.

Καὶ παράγων ὁ Ἰησοῦς ἴδεν ἄνθρωπον τυφλὸν ἐκ

Fol. 171.

Praeteriens Iesus vidit hominem coecum a na-

γενετῆς καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ λέγοντες· ῥαββὶ, τίς ἥμαρτεν, οὗτος ἢ οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ἵνα τυφλὸς γεννηθῇ;

tivitate et interrogaverunt eum discipuli eius dicentes: Rabbi, quis peccavit, hic, an parentes eius, ut coecus nasceretur?

Est eiusdem in Ioannem.

A. σφόδρα φιλανθρώπως.

T. τῶν σκηνῶν, ὧν γένοιτο κ. τ. λ.

φύλ. ροϛ.

Fol. 176.

Ταῦτα εἰπὼν ὁ ἰησοῦς, ἔπτυσε χαμαὶ καὶ ἐποίησε πηλὸν κ. τ. λ.

Haec dicens Iesus exspuit humi et fecit lutum etc.

Est eiusdem.

A. ταῦτα εἰπὼν ὁ ἰησοῦς.

T. τῆς παρ' αὐτοῦ δόξης κ. τ. λ.

φύλ. ρπα.

Fol. 181.

Τὰ πραχθέντα ἐν νικαίᾳ παρὰ τῆς συνόδου ἐπὶ καθαίρεσει ἀρείου, ἐν οἷς καὶ μερικὴ διήγησις τοῦ βίου τοῦ ἁγίου κωνςαντίνου βασιλέως.

Ea, quae gesta sunt Nicaeae a synodo de depositione Arii, in quibus etiam singularis narratio est de vita Constantini M.

A. ἐννέα καὶ δεκάτῳ.

T. τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ πατρὶ κ. τ. λ.

†. Oratio haec historica a Combefisio in auctario novo bibl. PP. Part. II. p. 573. e codice regio et Sequieriano vulgata est gr. lat. Lipomannus latine edidit tom. VI. p. 119. b. et Surius ad 10. Iul. ubi legitur, eam esse ex Simeone Metaphraste.

φύλ.

| | |
|---|---|
| Φύλ. ρπζ. | Fol. 187. |
| Λέοντος βασιλέως λόγος ὅτε Φέρων τὴν τοῦ πλάσματος καταλλαγὴν ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ μετὰ τοῦ ἐξ ἡμῶν προσλήμματος τοῖς πατρικοῖς ἐνεθρόνησε κόλποις. | Leonis imperatoris sermo, quando offerens figmenti reconciliationem filius patri cum carne nostra in sinu paterno collocatus est. Edidit Gretserus cum aliis. |
| A. τῇ ἀναστάσει. | T. ὅτι σοῦ ἐστι ἡ βασιλεία κ. τ. λ. |

†. Omnium harum orationum indicatio omissa fuit in veteri catalogo.

## Codex XXV.

Chartaceus, charta crassa et laevi, titulis et initialibus miniatis, charactere minuto et eleganti, in folio, cum correctionibus marginalibus, foliorum 358. Saec. XVI. exaratus a Nicolo, optime conservatus et inscriptus.

| | |
|---|---|
